Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26324
Copyright: Admont, Benediktinerstift

congrua disponente apportantur simul et cuculle si fieri potest. que usque ad
diem professionis eorum ibi seruentur. et nomina singulorum in totidem breuiculis
per eosdem scripta cucullis singulis a dorso exterius tunc per semetipsos assu
untur. ut in hora consecrationis unusquisque ea que sibi competit induatur.
Cetera uero quibus in primordio receptionis sue indigent. magister eorum a ca
merario requirit. Post tres autem uel quattuor dies aduentus eorum his qui inter
eos sunt litterati. magistro admonente codices ad lectionem ab ar
mario dantur. sed tamen ad eos non notantur sicut alii fratres qui suis libris in ca
pite xlme asscribebantur. Quomodo se habeant nouitii in cella sua. et quomodo
11 Nouitii siue sint pauci siue multi ibi instruantur.
in predicta cella instruuntur. Cottidie namque docendi omnes ibi conueniunt.
uidelicet in xii. l. et in oct. nat. domini. pasche et pent. post primam. In priuatis ue
ro diebus post oblationem maioris misse. cum quibus etiam aliqui monachorum adhuc in or
dine rudes cum licentia ueniunt. sed redituri quando scillam ad capitulum audiunt.
excepto si tales sunt qui aliunde uenientes domni abbatis permissu illud nondum acce
perunt. Postea si qui nouitiorum aliquid interrogare uel discere uolunt. quandocumque
aliquod interuallum in die occurrit. sicut est post missam et post cymbali percussum. uel in
hieme post prandium sponte sua ad eum in eandem cellam ueniunt. nam in his
temporibus aliquos nouitios uenientes eius doctrinam ibi capere frequenter in
ueniunt. Post cenam uel infra xlmam post prandium numquam pro hac causa illuc
accedunt. quia nemo tunc ibi instruitur. nec nouitius aliquis infra tres dies quando
recipitur. In auditorio autem fratrum nulli eorum causa instruendi aliquando
facere uerbum. Ergo cum primum hora qua prediximus conueniunt. licet capitulum cum illis
habeatur. tamen uersus. Preciosa. in aptu ab eis minime pronuntiatur. sed magister
eorum tantum dicit. Benedicite. Nam unusquisque illorum qui eundem uersum sciebat usque
in hanc horam non differebat. qui autem nesciebat. dominicam orationem uice ipsius ter re
citabat. Sane si sunt xii. l. in primis sermone euangelico admonentur. qui et ea
die in capitulo agitur. qui cum pompam seculares concluditur. et ab omnibus amen respondetur. In
priuatis uero diebus aliquando cum admonitiuncula que illis congruat. ut in melius
proficiant incitantur. interdum etiam quedam de regula que eis expediant
predicantur. Postea uero de ordine instruuntur. Si quis tale quid commisit ut uel ab
eodem magistro uel ab alio eius condiscipulo inclametur. ueniam quidem petit.
sed iudicium non subit. Nullus autem pro qualibet culpa ibi ueniam petit nisi ab alio
inclamatus fuerit. Si quis inter eos neglegens in discendo ordine uel tepi
dus. uel in aliquo huiusmodi uitio reprehensibilis esse deprehenditur. si primum